



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/298940>

6

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GEORGII GUILIELMI VREEDE,

JURIS ROM. ET MOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

EDUARDUS PETRUS SCHORER,

Medioburgensis.

A. D. XXV M. MAJI, A. MDCCCLX, HORA II.



Trajecti ad Rhenum,

TYPIS MANDARUNT KEMINK ET FILIUS.

MDCCCLX.

T H E S E S.



I.

Minime ex lege 13 § 3 D. de acceptilatione cum viro Cl. v. Vangerow statuendum est, fructum sine usu indirecte constitui posse.

II.

Assentior viro Cl. Hase (das Güterrecht der Ehegatten) pactum „ut de communi dos constitueretur“ in lege 81 D. pro socio sic explicanti: „das Wechselseitig übernommene Risiko tritt nach dem Sinne des Vertrages nur ein, wenn eine Dos wirklich numerirt, nicht wenn sie von einem der Socii nur noch promittirt worden.“

III.

L. 122 § 1 D. de verb. obl. non indiget emendatione.

IV.

Art. 90 C. C. non impedit quominus ii, quorum matrimonium post mensae et thori separationem dissolutum est, novas rursus nuptias contrahant.

V.

Mater, quae secundis nuptiis initis jus amisit utendi fruendi bonis liberorum suorum, non tamen privatur usufructu eorum, quae liberis post secundas nuptias dissolutas acquisita sunt.

VI.

Art. 385 4^o. Cod. Nap. praestare videtur art. 367 4^o. C. C. Belg., qui patri sumtus funerarios liberorum suorum solvendi obligationem imponit.

VII.

Marito, uxoris dementis curatori, curator subrogatus a iudice cantonnali adjungendus est.

VIII.

Contra virum Cl. Opzoomer contendo liberos adulterinos et incestuosos ex testamento parentum non plus capere posse, quam lex iis ab intestato concesserit.

IX.

Verba art. 1197 C. C.: „heeft geen pandregt plaats” ita strictae sunt interpretationis, ut pignus, non legitima forma contractum, etiam ratione contrahentium nullum habendum sit.

X.

Verbum „aannemingen” in art. 4 4°. C. M. tantum spectat navium non vero quorumvis operum redemptiones.

XI.

Proxenetae mihi videntur ex libris suis non plus probare posse quam ceteri mercatores. Non obstat, quod in art. 10 C. M. non de conditionibus, sub quibus negotium peractum est, sermo sit.

XII.

In art. 465 2°. C. M. verbo „schadeloosstellingen” non continetur jus art. 464 3°.

XIII.

Procedens bonorum suorum administrationem amittit jam a die foroessionis, non demum a die sententiae declaratoriae.

XIV.

Praeceptum art. 771 al. 1 in f. C. M. melius cum jure Francico quam cum jure nostro convenire mihi videtur.

XV.

Lata sententia principali, et praeterito post significatam interlocutoriam termino legitimo art. 239 C. de Meth. Proc. in caus. civ., ab hac appellari non amplius posse videtur. Idem statuendum, quum in executione interlocutoriae acquieverit reus.

XVI.

Non incidit in poenam art. 434 C. P. qui suas ipsius aedes incendit, nisi vicinae sint aliorum aedibus, quae detrimentum inde accipere possint.

XVII.

Art. 184 C. P. supplementum requirit, ut in Francia factum est.

XVIII.

Conatus stellionatus (escroquerie) puniri nequit nisi res jam sint traditae.

XIX.

Homicidium et vulnera in certamine singulari commissa ex C. P. punienda videntur.

XX.

Art. 456 C. P. non ad praedia rustica limitandum censeo.

XXI.

Supervacuus et imperfectus est art. 8 legis 10 Maji a. 1837: „houdende tijdelijke aanvulling der bepalingen omtrent de enkele en bedriegelijke bankbreuk.”

XXII.

Ad tribunalia correctionalia quae dicuntur, non producendum est interdictum a. 171 Cod. Quaest. Crim.

XXIII.

Een toezigt der regering op de nijverheid, hoe-

wel in sommige gevallen een hinderpaal der voortbrenging daarstellende, komt mij voor in andere daarentegen zeer nuttig, ja zelfs noodzakelijk te zijn.

XXIV.

De inkomende regten op den invoer van vreemde voortbrengselen zijn af te keuren.

XXV.

De beginselen, door de leer der Staathuishoudkunde verkondigd, wel verre van met die van het Christendom in strijd te zijn, zijn daarmede in de schoonste overeenstemming.

